

¶ Pars VII. ¶ Ca. VII.

perfecta descendencia a patre luminum: & si fortissimam repugnanciam habeant ad vitia. veram tñ contrarietate ad illa nō habent. **I**am igitur expeditur nos auxilio dei de his que videbant esse contra dei misericordiam & bonitatem. videlicet de multitudine damnatorum. de perpetuitate damnatorum. vel de paucitate electorum & saluandorum. Deinde de iusta damnatione. quorundam ignorantium & errore probabili deceptorum. & de dignis causis & proportionibus in hō & exempla. prout & de dignatione diuine largitatis accepimus. **A**d huc de predictis quid peccatum sequitur.

¶ Peccatū quanta mala facit ¶ Ca. VII.

Quone autem relinquitur nobis. vt ostendamus tibi. quia peccatum ex iniuria seu contumelia dei est vna comparatione. **A** & lesio est peccantis s̄m aliam comparatione. & in seipso actus aliquis est seu priuatio: & propter hoc s̄m vnāquāq; comparatione istarum recipit magis & minus siue intendit & remittitur. verbigratia vna & eadem fornicatio dei iniuria est & lesio fornicantis: & insuper est in se ipsa actus aliquis. videlicet concubitus. p̄ ergo esse vt sit minor concubitus. hoc est minoris delectationis & operis & temporis: & in de erit maior dei contumelia vel iniuria. verbigratia si sacerdos aut sanctimonialis illo se polluat licet minori. tribo illis modis quos posuimus qm̄ si simplex laycus in illum incidat. **E**odem modo & p̄ esse maioris lesio peccantis videlicet si maiora dona ei gratiarū & virtutum auferat: vel si peccantē magis captiuat & irreciat. hoc ē si fornicari amori mulieris illū irreciat aut inflamet. & hoc est modus quo grauissimū peccatum dicitur ignorantia dei. q̄a videlicet nichil vitale relinquit & omnem radicem boni inde funditus euellit. locunt aut huiusmodi erronei de iusticia & misericordia dei. ac si altera veellet quod alterius est usurpare. & tamqm̄ misericordia veellet euacuare iusticiā. cum inter ea sit pax in vltimo tranquillitatis. & deo notissimū sit. quatinus eū deceat miseria salua illesa iusticia sua. & vindicare salua m̄ia: & vtrāq; sine iniuria alterius vti. vides ḡo manifeste quia error iste euacuat ex toto dei iusticiam. aut ridiculosam efficit. cū enim manifestū sit ex eis que diximus & etia; sine eis. q̄a possibile est aliquē mereri penam eternā quidquid sit de ea infligenda vel sustinenda. **P**onunt ḡo huiusmodi erronei & imbecilles. q̄a non sustinet dei clementia. tanta pena & tam diutina quemqm̄ puniri. **A**b his ergo querimus vtrū saltem aliqua vel nulla. q̄ si nulla. **E**cce